



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 5. Lacus & fontes Siciliæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

## N V M. 5. Lacus &amp; Fontes Sicilie.

PERGVSA lacus, aliter Pergus, ad quem rapta Proserpina, carens piscibus, sed colubris abundans: 5. millibus ab Enna vrbe distat, & dicitur *Pergus*. Iuxta Plutonia specus, ore in Boream verso, vnde Pluto raptor extitit.

PALICORVM FONS, seu Menenius, & Palicinus, sed melius duo fontes Crateres dicti fratrum Palicorum, ad quos nemo peierat impunè: hodie *Naphtia Fazello*.

CONCHEVS lacus, aliter Petrulensis, de quo in Admirandis: hodie *Lago di Petra*.

CAMARINA palus, seu lacus — *Cui non licitum fatis Camarina moueri, Silio.* Hæc cùm exsiccata est pestilentiam peperit: consuluere Apollinem ciues, respōdit exsiccandam non esse, non paruerunt Oraculo, & ab hac parte hostes in urbem irrupere, *Suidas*. Vnde parœmia μὴ κύνει Καμαράνης, ἀκυντός γέροντος αὐτοῦ: hodie *Lago di Camarana*, & eam Fl subiens *Fiume di Camarana*.

CYANE fons, de quo multa Mythologi, quæ patrem ad aras māctauit: hodie *la Pisma ad Syracusas*.

## N V M. 6. Sicilie Montes.

ÆTHNA, sic dictus à Græco ᾥθων ardere, flamas eructans Craterem suo, sic enim os hiatus appellatur. Solinus duplē in eo Craterem admittit. De mirâ eius fertilitate lege Strabonem lib. 6. de variis eius incendiis diuersis temporibus Cluuerium. Causam incendij faciunt Poëtæ Typhœum, seu Typhonem Gigantem eo oppressum à Ioue: Lucretius eam reiicit in sulphur quo hæc regio scatet, accedunt & flatus inclusi. In hoc templum erat Vulcano sacrum, Aeliano. Altissimus est, ideoque Columna Cæli dicitur à Pindaro, cælumque fulcire, ut ait eius Scholiafestes. Hyginus tradit ad eum configuisse Deucalionem & Pyrrham ad vitandum Cataclysmum: hodie *Monte Gibello*, nobis *le Mont Gibel*, ou *le Mont Ethna*.

PELORVS, aliter NEPTVNIVS, & Pelorias, vbi erat specula vnde prospectus patebat in mare Hadriaticum, & Tuscum: dicitur & Chalcidicus, & Eunes & Senes, nisi malis esse diuersas eius partes: hodie *Monti di Namari*.